



EPHEMERIS AD ANNUM

DOMINI 1561. qui est primus
post Bisextilem.

Figura cœli Verna,
Die 10. Martij, hora post
merid: 1. min: 13.

Figura cœli Æstiva,
Die 11. Iunij, Hor: à
mer: 11. min: 54.



Hæc reuolutio mundi insecutiones ac frustrationes sub amicis et blandis uerbis ostendit. Deinde apparatus belli indicat, iacturamq; eius minari uidetur per cunctationes, aut negligentiam uel crapulam ducis exercitus. Significat præterea uentos uehementes, callida consilia, magnas mutationes in religione statuq; religiosorum. Item pericula in itineribus, dispersionem scholarum, intermissionem studiorum ac neglectum bonarum artium. Postremo religioso cuidam antistiti obitum denunciat, aut aliàs ei depressionem uel grauem calamitatem portendit. Quod etiam de uiro quosdam insigniter docto, aut mercatore celebri intelligendum est, &c.

Figura cœli Autumnalis,
Die 13. Septembris, hora post
merid: 1. minut: 38.

Figura cœli Hiemalis,
Die 11. Decembris, hor: à
merid: 5. minut: 57.

